Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scala coeli

Johannes <Gobi, Iunior>

[Straßburg], 1483

De peccato

urn:nbn:de:bsz:31-106862

Visual Library

cobꝰ de vitri· Q₃ dū fuiſſent duo
paupes vnus ꝓbus ⁊ alter humil
Humilis ſeq̄batur veſtigia meſſo
rum humiliter ⁊ in nocte recede-
bat honoratꝰ·ſed ſupbꝰ cū maxio
ſacco ibat ad areas ⁊ gētes terri
te nihil donabāt ſibi· ¶ Tercio ē
virtutum oſtenſiua· Refert Gili
bertus· Q₃ dum quidā paup a quo-
dam ſummo diuite dn̄o nauis ele
moſinā peteret· ⁊ ille negādo di-
ceret·ꝙ omia q̄ ibi erant erāt la-
pides·rn̄dit paup·ſit ſicut tu di-
cis·⁊ tūc omia conuerſa ſunt in la
pides retenta tamen ꝓpria forma

De Peccato

Peccatū multa mala indu-
cit in nobis· ¶ Primo eſt
damnationis cauſatiuū· Legit in
vitaſpatꝝ Q₃ quidā vidit animā
cuiuſdaʒ mali homis educi ď cor-
pore violenter·⁊ vox facta eſt ad
eum dicēs ad demones qui eā ex
trahebāt·extrahite eaʒ velit aut
nō·⁊ ſicut nūꝗ dedit mihi requieʒ
in pctis·ita ꝯgregate ſup eā ma-
la·penas crudeleſ eternalit̄·ſic ꝙ
nullā quietē poſſit hic· aſſit ei pe
na extranea·flāma ſuccendens·ſʒ
nō illuminās·timor iamiſſibil·do
lor dilanians·pauor anguſtians
¶ Item ad idē· Refert Gregori.
Q₃ quidam miles romanus edu-
ctus de corpore· ⁊ poſtea cito re-
ductus·dixit ꝙ viderat pontē ar-
tum ⁊ altuʒ ſub quo currebat flu-
uius nigerrimꝰ· inſupabilis feto-
ris·de quo eleuabat nubes ⁊ quot
guttas pluuie mittebat tot torm̄
toꝝ genera noua cauſabat·vltra
pontem vidit prata virentia flo-
rentia ⁊ odorem ſuauiſſimū emit
tentia·de ponte multi cadebant· ⁊
horribilibꝰ tormētis cruciabātur
juſti vero ſecure trāſibāt·Et dcm̄
eſt ei·De ponte p̄cipitātur amato
res pcti p quo deꝰ odit omnē reʒ
nec poteſt eſſe ei placabilis cum
pctō· ¶ Scdo eſt excecatiuū· Le- 29
gitur in li·de ſeptē donis ſpūſſ·ꝙ
quidā phūs venit ad temptandū
vnū ſcm̄ hominez ⁊ ꝓpoſuit ſibi q̄-
ſtiones·Pria fuit· q̄s nō eſt natus
mortuꝰ·Scda fuit·q̄s ē natꝰ ⁊ nō
mortuꝰ·Tercia q̄s ē mortuꝰ ⁊ non
fetore corruptꝰ· Ad primā rn̄dit
ꝙ duo·Adaʒ ⁊ xp̄s de pie eterna
liter ſcḿ dimitatē·Ad ſcdaʒ rn̄dit
ſcʒ Enoch ⁊ iuſtꝰ q̄ n̄ morit eťna-
liter·Ad terciā rn̄dit ꝙ due pſo-
ne fuerunt vxor loth ⁊ pſona i bo
na fama· ¶ Tercio eſt fetoris in- 30
ductiuū·Legit in vitaſpa·Q₃ qui
dam ſenex iret p heremum ⁊ duo
cōmitterētur cū eo·Cū veniſſʒ ad
cadauer homis fetidū ⁊ ſenex ob
turaſſʒ nares ſuas illi duo n̄ cura
uerūt·Dū aūt occurriſſent iuuenē
ꝓpulcerrimo ſtatiʒ eū vidētes di
uerterūt a via ⁊ obturauerūt nares
Cumq; ſenex ſtupefactus requiſi-
uiſſet cauſam dixerūt·nos dei mi
ſtri ſumus qui fetorē ſpūalem ſen
timus ⁊ non corporeā· Q₃ corpus

pꝛimi hominiſ erat amici dei.⁊ in
anima iſtꝰ eſt pctm̄ ꝑ qd̓ oīs ad-
uerſitas in homie cauſatur·omis
timoꝛ venit ꝑ eū.quidqd̓ hō opa-
tur cōuertit in malū qꝛ ſumme fe
tidum eſt·hūc abhoꝛruimꝰ ⁊ aliū
non. ¶ Quarto eſt oneratiuū. Re
fert Gregoꝛ· Q, dum ſancti edifi-
cauerūt q̄ndaȝ domū beati Bern
ardi ·⁊ diabolus ſederet ſuꝑ vnuȝ
ꝑuum lapidem quotquot fuerūt
non potuerūt ipm̄ mouere·⁊ cum
ad pꝛeces beati Benedicti demō
fugatus ſine difficultate lapideȝ
eleuauerūt·Tūc ſanctus· fratres
pctm̄ nihil aliud eſt qꝫ ymago de
monis elongādo a cōſoꝛtio ſcōꝛuȝ
Vt ergo ꝯgnoſcatis qꝫ pondꝰ pec
cati ſummū eſt nec poteſt ſuſtine
ri quin deſcendat ad ꝓfunduȝ in-
ferni·inde eſt qꝫ demō tantaȝ pō-
deroſitatem faciebat in lapid[illegible]·
¶ Quinto ſpoliat·Legitur in li-
de ſeptem donis ſpūſſancti Q, q̄-
dam miles pugnans in toꝛneamē
to venit ad quieſcendū ſub arbo-
re· Qd̓ videntes ſepteȝ latrones
inter ſe cōuenerunt vt ſpoliarēt
eum ⁊ furarētur ſibi oms veſtes
⁊ arma. Pꝛimus furatus eſt calca
ria ⁊ enſem·ſcd̓s loꝛicam. tercius
ſcutum·quartus equū.quintꝰ lan
ceam·ſextus camiſiam cingulū et
bꝛachas.ſeptimꝰ galeam.Cuȝ aūt
excitatus inimicus ſuus ſuꝑ eum
irruiſſet vulnerauit eum ſine ſpe
vite· ¶ Loquendo ſpūaliter. Iſte
pugil eſt pctōꝛ · arboꝛ delectatio

peccati·ſeptem fures ſunt ſepteȝ
pctā moꝛtalia. Supbia furat' cal
caria timoꝛis moꝛtis tēꝑalis eter-
ne·⁊ enſeȝ diuine iuſticie.⁊ vulne-
rat eū in oculis ne videat ꝯditōȝ
i pctis fragilitatis ſue·inuidia fu
ratur loꝛicā caritatis q̄ omia pꝛe
cepta ⁊ v̄tutis ꝯnectit ⁊ totū coꝛ-
pus cōmunit.inſuꝑ eū vulnerat i
naribꝰ ne ꝓſꝑitatem ⁊ bonam fa
mam ꝓximi poſſit inuenire·ira fu
ratur ſcutum pacientie. qd̓ i ſini-
ſtra manū aduerſitatis debȝ tene-
ri.cuiꝰ cinguli tres ſunt. paciētia
in cōtumelijs v̄boꝝ· pacientia in
ablatione reꝝ.pacientia i ablatō
ne coꝛpoꝝ·inſuꝑ iſte vulnerat au
res.ne poſſit audire v̄bū coꝛrecti
onis monitōis ⁊ p̄cepti.pigritia
furat' equū coꝛpis dū totuȝ eū oc
cupat ⁊ laſciuijs ⁊ vanitatibꝰ expo
nit· inſuꝑ vulnerat pedes ne d̓ lu
to pcti exeant. Auaricia furatur
lanceā elemoſine q̄ lōge ferit ho-
ſtem·Luxuria furat' ꝯtinētie bꝛa-
chas.camiſiā v̄ginitatis.⁊ cingu-
lum caſtitatis.⁊ vulnerat in lum-
bis. Gula furat' galeaȝ ſalutis ꝑ
quā caput hōiſ cuſtodit' ⁊ cingu
lū abſtinētie ⁊ vulnerat in vētre.
⁊ ſic miſer deceptꝰ ꝑducit' ad in
fernuȝ. Sexto ē deceptiuū. Fuit
q̄dam religioſa q̄ duȝ interrogaret'
a quodā ſene ꝑ quē modū religio
ſa facta fuerat. Rndit.cuȝ fui ꝑ-
ua pr̄em habui eleōſinariū ⁊ piū
⁊ ſanctum·ecōtrario habui mr̄eȝ
crudelē loquacē rixoſaȝ inmūdam

Cunqȝ ambo morerētur in morte
mr̄is fuit trāquillitas ſumma. tē-
peries aeris. ſed in morte pr̄is tā
ta cōmotio aeris ⁊ tanta tēpeſtas
ꝙ vix potuit ſepeliri. Cunqȝ ſola
ex̄ns cogitarem quā vitā illorum
eligerem. appuit mihi quidaȝ ma
gnus cū terribili facie. ⁊ ait mihi
ſeq̄re me. ⁊ eduxit me ad campuȝ
ꝑpulcerrimum. in quo erant pala
cia lucidiſſima. ſocietas gaudens
abundātia pacis. ⁊ tanta abūdan-
tia complacētie vt ꝺclarare non
poſſem. Cum aūt pr̄em vidiſſeȝ cū
illis. ⁊ eum rogaſſeȝ vt me retine-
ret cū eo. R̄ndit non poſſum quo
uſqȝ fueris ſecutus veſtigia mea.
Tandē ductor duxit me ad domū
obſcuram in q̄ vidi fornacē accē-
ſam plenā ere liq̄facto. ⁊ cū vidiſ
ſem mr̄em meam ibi imerſaȝ vſqȝ
ad dētes clamauit. Heu filia hec
patior ꝓpter opa mea adiuua me.
⁊ noli deſpicere fletus mr̄is tue.
memēto doloris mei ꝑturientis te
Tunc cū cōmota eſſem ⁊ vellē ad
eam accedē ⁊ vellem eā extrahē
ductor prohibuit dicens. Hec ꝓ-
ſtituit aīmam ſuā diabolo in pre-
ſentia ſponſi ſui xp̄i. ⁊ q̄ntum i ſe
fuit iterum crucifixit deum. Et qꝛ
deus ſumme odit peccatum ⁊ ꝑ-
ſequitur eum in quocūqȝ loco eo
ꝙ deſtruit omnia opa reꝑationis
idcirco eternaliter eſt damnata.
Tunc poſt hoc vitam pr̄is elegi ⁊
non mr̄is. ¶ Septimo infatuat.
Quidam ꝓbus homo habuit treſ
filios ⁊ quia omnes ſtulti erant ⁊
fatui cōſuluerūt amici vt doceri
eos faceret i artificijs. vt ſi forte
aliquaȝ conſeq̄rentur diſcretōneȝ
⁊ ſuam lucrarētur ſuſtentatōnem
Tandem acquieuit eoꝝ conſilijs
⁊ primum poſuit cū quibuſdā for
nerijs. Scd̄m cuȝ fabris ferrarijs
Tercium cum latomis ⁊ cementa
rijs. Didicit itaqȝ quilibȝ artē ſuā
ſed non ꝓpt̄ hec diminuta eſt ſtul
ticia eoꝝ. ymo augmētata ⁊ intm̄
ꝙ dum primus derelictus fuiſſet
ſolus a ſuo magiſtro furnum cale
factum ex multis lignis intrauit.
⁊ ibi combuſtus eſt. Scd̄s cuȝ fe-
ciſſet cultellum cum eodem ſe in-
terfecit. Tercius cum feciſſet tur-
rim ⁊ eſſet in ſummitate ſeipſum
precipitauit. Loquendo ſpūaliter
Pr̄ eſt mūdus habens tres filios
Primus eſt auarus qui ligna con
gregat quibus incendatur in fur
no inferni. Secundꝰ eſt guloſus
qui cuȝ gladio ebrietatis ⁊ macu-
le ſe mactat. Tercius eſt ambitio
ſus ſiue ſuperbus. qui ſumme ele
uatus ſe precipitat ad fundum i-
ferni.

De Penitentia.

Penitentia multa bona in-
ducit in nobis. Primo eſt
ſalutis cauſatiua. Legitur